



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

17. Exercitia minorum Ordinum restituи debent assignatione facta
fructuum simplicium beneficiorum, vel fabricæ. Deficientibus tamen
Clericis cœlibatum colentibus sufficiantur coniugati monogami ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

a Cap nem
nen. 70. dist.
b Et canonū
cita torum
sell. 24. c. 27.
c Concil. Ni
cenū c. 1. &
16. c. Sacerdoti
70. dist. c. tue
de cler. pe
tegr. Concil.
Antioch. c. 7.
d 1. Carta
Cōcil. Chal
cedonēsc. 43.
Cōcil. Aqui
granen. c. 59.
e 61. Concil.
Epaunen. c. 6.
Concil. Auro
lian. c. 15. c.
f 5. Laodice. 41.
g 3. Carthag.
cap. 28.

test abesse inconsulto Episcopo.
13 Episcopus non potest ante ordinationem exigere ab

ordinando promissionem de inferniendo certa Ec
clesia.

CVM nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessarius suis Ecclesijs, sancta Synodus, vestigis sexti canonis Concilij Chalcedonensis inhærendo, statuit, ut nullus in posterum ordinetur, qui illi Ecclesie, aut pio loco, pro cuius necessitate, aut utilitate assumitur, non acribat, vbi suis fungatur numeribus, nec incertis vagetur sedibus. Quod si locum in consulo Episcopo deseruerit, ei sacramentum exercitium interdicatur. Nullus præterea Clericus peregrinus sine commendatitijs sui Ordinarij litteris ab ipso Episcopo ad diuina celebranda & Sacraenta administra stranda admittatur.

1. Ide Aldan, in compendio canon. resolut. lib. 2. tit. 8. num. 3. cum segg. Sel. in selectis canon. c. 13. ex nu. 25. meup- sum de officio. & pote. Episcopi. p. 2. alleg. 21. à principi.
2. a. Cum nullus debeat ordinari qui iudicio sui Episcopi. &c.] Adscriptionem alicui Ecclesie in ordinantis fieri debere in ipsa promotione, refert decus Garc. de benefic. p. 2. cap. 5. num. 101.

3. Locum habere etiam in familiaribus triennalibus Episcoporum, qui ad titulum patrimonij possunt promoueri, nam & istos debere adscribi alicui Ecclesie ordinantis, assent resolutum Sel. d. cap. 13. num. 25.

4. Presbyteros, & clericos adscriptos Ecclesijs non potest Episcopus ob necessitatem Ecclesie cogere ne discedant ab ea causa studij, immo tenetur illis dimissoriis, seu commendatitiis litteras concedere, vi per Aldan. d. tit. 8. num. 4. attestans sic fuisse de cibum sub die 11. Martij 1617.

5. Nullum posse contra prohibitionem sui Prælati ordinari, aut de illo conqueri, seu ab eo appellare, eo quid illum ordinare nolit, resolut Aloys. Ricc. in præxi rerum fori ecclesi. resol. 587. in 2. edit. alias in 1. edit. decif. 692. & facili supra dicta sess. 21. de reform. cap. 2. super illa verba, nisi illi, quos Episcopus iudicaverit assumendos.

6. Nullus præterea clericus peregrinus, &c.] Alienum subditum ad celebrandum, ac Sacraenta administranda admittendum non esse sine commendatitiis proprii Episcopi, tenent per hunc text. Henr. in sum. lib. 10. cap. 34. §. 6 in fine, Fr. Emmat. quest. regular. tom. 2. quest. 121. art. 1. Campan. in diversioris canon. rub. 9. cap. 6. num. 1. Marc. Anton. Genuen. in præxi Archiep. Neapol. cap. 49. num. 1. Hieron. Roder. in compend. quest. regul. resol. 25. num. 17. Ego ipse d. part. 2. alleg. 21. num. 1. in fine.

7. Denegandas non esse huiusmodi commendatitiis litteras ab Episcopo Sacerdotibus, & clericis, qui non habent beneficia in titulum residentiam requirentia, refert decus Armendar. in addit. ad recop. legum Nauar. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis. num. 63. Campan. d. rub. 9. cap. 6. num. 4. Aloys. Ricc. in præxi rerum fori ecclesi. decif. 598. in 1. edit. alias resol. 524. in 2. edit. Ego ipse d. alleg. 21. num. 5.

8. Litteras commendatitiis, sine quibus ex hoc cap. clericus peregrinus ad diuinam & Sacraenta administranda admitti non debet, esse obtinendas ab eo, qui humodi clerici Ordinarius fuerit, assent resolutum Armendar. d. 17. de Episcopis. num. 56. quem referto Ego ipse d. alleg. 21. num. 4.

Episcopum loci Ordinarij prohibere posse ne Regulares in eorum Ecclesijs sacerdotes seculares exteriores diuina officia celebaret permittant, nisi prius ab ipso Episcopo vissi litteris commendatitiis ipsi sacerdotes admitti fuerint, refert decus Armendar. in addit. ad recop. legum Nauar. lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. mon. 55. Galer. in margarita casuum conscienti verb. Missa. Nald. in summ. eod. verbo. nu. 35. Aloys. Ricc. in præxi rerum fori ecclesi. resol. 635. in 2. edit. & in decif. curia Archiep. Neapolit. decif. 298. p. 4. Homobon. de Bonis de examen ecclesi. trah. 12. c. 4. q. 16. resol. 3. p. 459. Ego ipse d. alleg. 21. num. 8.

Episcopum posse admittere sacerdotes exteriores habentes litteras dimissoriarias suorum Ordinarij ad Sacraenta administra stranda, sicut poterat ad Missa sacrificium, dummodo illi vere idonei sint, refert Armendar. d. 17. de Episcopis. num. 83.

Sacerdotes exteri seculares, qui absque licentia Ordinarij celebrant in Ecclesijs Regulatum, incurrit penas infictas in Synodo dite cesana, & Sacrificia, seu praefecti Ecclesiastrium regularium adstringi possunt ad non permittendum celebrationem predictam, nisi exhibita licentia Ordinarij. Sel. d. cap. 13. num. 28. vbi refert decus in Neapolitana 17. Augusti 1630.

Clericum peregrinum posse sine litteris commendatitiis ad celebrandum, admitti si faciat fidem de sua ordinatione, refoulunt Nauart. confil. 1. sub num. 1. de celeb. Missar. Aloys. Ricc. in decif. curia Archiep. Neapol. part. 1. decif. 150. si tamen huiusmodi commendatitiis litteras clericus peregrinus non habuerit, nec fidem fecerit, nullo irre esse suscipiunt, sed posse lechiso scandalo celebrare, tenent Nauart. in man. cap. 27. num. 153. & confil. 5. de celeb. Missar. in antiqu. alias cors. 1. de cleric. peregr. Sayr. in floribus decif. sub illo tit. de celebrati. Missar. decif. 5. Henr. d. §. 6. in commento littera T. Valer. Reginald. in præxi fori paenitent. lib. 29. num. 52. vers. tantopere, Ego ipse d. allegat. 21. num. 3.

Clericum adscriptum seruitio alicuius Ecclesie non posse abesse inconsulto Episcopo, assent Sel. d. cap. 13. num. 28. attestans sic fuisse resolutum in Terracinen. 19. Februario 1628.

Episcopum non posse ante ordinationem exigere ab ordinandis promissionem de inferniendo certa Ecclesie, etiam post obtentum beneficium simplex residuum non requirent, dicit Sel. d. c. 13. num. 29. vbi refert decus in Lauretana 15. Aprilis 1628.

Exercitia minorum Ordinum restituvi debent assignatione facta fructuum simplicium beneficiorum, vel fabricæ. Deficientibus tamen clericis cælibatum coletibus sufficientur coniugati monogami tonsurati, & induiti clericaliter in Ecclesia.

C A P V T XVII.

- 1 Ordo necessari est ad filios spirituales multiplicados.
- 2 Irregularis fit clericus exercendo scienter Ordinem, quem non habet.
- 3 Bigamus excluditur à clericatu.
- 4 Bigamus non potest consequi Ecclesiastica beneficia.
- 5 Bigamus effectus bigamia interpretativa non potest mortua vxore dispensari per Episcopum vt in Ordine suscepio ministraret.
- 6 Dispensare an & quando possit Episcopus in bigamia vera, vel interpretativa.

Vt

VT sanctorum Ordinum à Diaconatu ad Ostiariatum functiones, ab Apostolorum temporibus in Ecclesia laudabiliter receptæ, & pluribus in locis aliquandiu intermissæ, in usum iuxta sacros² Canones reuocentur, & nec ab hereticis, tanquam otiose traducantur, illius pristini moris restituendi desiderio flagrans sancta Synodus, decernit, vt in posterum huismodi ministeria, & non nisi per conflititos in dictis Ordinibus exerceantur, omnesque & singulos Prælatos Ecclesiastarum in Domino horratur, & illis præcipit, vt quantum fieri commode poterit, in Ecclesijs cathedralibus, collegiatis, & parochialibus sua dioecesis, si populus frequens, & Ecclesiæ prouentus id ferre queant, huicmodi functiones carent restituendas, & ex aliqua parte redditum aliquorum simplicium beneficiorum, vel fabricæ Ecclesiæ, si prouentus suppetat aut utrisque illorum, eas frumentis exercentibus stipendia assignent, quibus, si negligentes fuerint, Ordinarij iudicio, aut ex parte multari, aut in totum priuari possint. Quod si ministerij quatuor minorum Ordinum exercendis Clerici calibes præstò non erunt, suffici possint etiam coniugati, vita probata, & dummodo non bigami, ad ea munia obeunda idonei, & qui Tonfuram, & habitum Clericalem in Ecclesia gestent.

VIde Franc. Leon. in thesauro fori Ecclesiast. p. 1. cap. 4. n. 4.

19. Sel. in select. Canon. cap. 19. à num. 4.
¶ Nec ab hereticis tanquam otiose, &c.] Quod Ordo necessarius sit ad filios spirituales multiplicandos ad Ecclesiæ regimen, docet Sayt. de Sacrament. in genere, lib. 6. cap. 4. quæb. 1. vers. alia quatuor Sacramenta.

¶ Nec in posterum huismodi ministeria, &c.] Vide Azor. instit. moral. part. 1. lib. 12. c. 18. q. 23.

2. ¶ Non nisi per constitutos in dictis Ordinibus exerceantur.] Irregularē fieri clericū exercendo Ordinem, quem non habet dummodo scienter, & serio, & ex officio ministret, resolvunt Vgolin. de irregularitat. cap. 37. Sayr. de censor. lib. 7. cap. 10. num. 1. Soart. tom. 5. disput. 11. s. 3. num. 22. Valer. Reginald. in praxi fori pacient. lib. 30. num. 191. vers. sexta. Bonac. de censor. disput. 7. q. 3. punto 6. num. 1. quos referto Ego ipse in collectan. ad cap. 1. num. 4. de clericis ordin. ministr. vbi num. 6. quod dicitur quis actum aliquem Ordinis exercere solempter quando actus talis est vt ab alio non possit exerceri, quam ab eo, qui talem Ordinem habet. Vnde Diaconum alba, & stola indutum aquam solempter in Ecclesia ad fontem benedicentem esse irregularē, cum benedictio aquæ, & illius exorcismus spectet solum ad Ordinem sacerdotalem, tradunt Franc. Leo 4. pars. 1. cap. 6. num. 13. & Mari. Antonin. var. re-

sol. lib. 3. resol. 16. num. 7. vers. secundus.

¶ Dummodo non bigami, &c.] Bigamum excludi à clericato pluribus citatis iuribus firmat Bellot. disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 6. num. 1. quem referto de officio, & posse Episcopi, p. 2. alleg. 49. num. 16.

Ac proinde non posse Ecclesiastica consequi beneficia, tradunt Rebuff. de pacif. posse. n. 193. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 5. num. 9. Aul. in simili tract. p. 7. disput. 8. dub. 1. Nicol. Garc. de benef. p. 7. cap. 6. num. 1. & 2. Filluc. tract. 41. de benef. cap. 5. num. 10.

Bigamum effectum bigamia interpretativa, etiam si antè constitutus esset in Ordine ostiarius, non potest mortua vxore dispensari per Episcopum vt in Ordine suscepito ministret, tenet Sel. in select. canon. capitul. 19. num. 6. attestans sic suisē decisum in Feretranā 13. Aprilis 1630.

Vtrum autem & quando possit Episcopus dispensare in bigamia vera, seu interpretativa, egi late ad officio, & postestate Episcopi, pars. 2. alleg. 49. num. 22. cum seqq. & ibi citatis addo Aloy. Rice. in decis. curia Archiepis. Neapolit. decis. 331. part. 4. vbi quid dicendum quoad beneficia simplicia. Hieron. Roderic. in compendio quæst. Regular. resol. 16. & ns. 12. vbi ostendit an & quando Prælati Regulares possint dispensare cum suis Religiosis bigamis?

De Collegio puerorum in singulis Cathedralibus instituendo.

CAPUT XVIII.

1. Doctores de materia cap. agentes.

2. Pueri qui in seminario recipiendi.

3. Panperum filii.

4. Seminarij quatuor deputatos debet adhibere Episcopus in consilium pro tota temporali administratione.

5. Seminarij deputati habent votum consultuum.

6. Consilium diorum Canonorum deputatorum in erectione seminarij non tenetur Episcopus sequi.

7. Eleccio deputati seminarij sufficit fieri per clerum ciuitatis.

8. Canonici duo ab Episcopo eligendi pro seminarij regulis & statutis conficiendis, lucrantur distributiones dum ex hac causa abjunt.

9. Canonici electi ad seminarij administrationem perpetuò illam habere debent, nec remoueri possunt.

10. Vno facta seminario absque consilio eorum quos hic iubentur adhiberi, non valet.

11. Vno seminario nondum eretto fieri non potest.

12. Episcopus debet primū ex sua, & Capituli mensa contribuere seminario, & postea cogere alios.

13. Abbas habens proprium seminarium, non debet cogi contribuere seminario Episcopi.

14. Seminarij in contributione prius detrahenda sunt onera.

Barbos. in Collect. in Concil. Trid.

15. Seminarij contributio anticipate soluenda est.

16. A contributione seminarij nullus eximitur.

17. Seminario nihil soluitur de distributionibus quotidianis.

18. Seminario nihil soluitur de incertis, & de legatis pro celebratione Missarum.

19. Hospitalia data in titulum si habeant beneficia annexa, vel redditus Ecclesiasticos pro seminario, contribuere tenentur.

20. Non procedit in hospitalibus in quibus sunt bona laicorum.

21. Seminario debent contribuere beneficia existentia in diaœsi.

22. Beneficiati beneficiorum collationis Monachorum tenentur contribuere seminario si sint intra fines diaœsis.

23. Cardinales etiam Commendatarij tenentur contribuere seminario pro Abbatij, & beneficiis eorum.

24. Clerici Cameræ Apost. exempti sunt à contributione seminarij.

25. Confraternitates coguntur contribuere seminario pro his, quæ habent de bonis Ecclesiastarum.

26. Seminario contribuere tenentur Ecclesiæ seculares, quæ non sunt de mensa monasteriorum.

S 3 27 Portio

a Capit. r.
25. dist. cap.
acolytus. c.
exorcista. c.
lector. capit.
ostiarius. &c.
c. Psalmista
24. dist. super
cap. 1. Innocent.
4. cap. 5.